

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Academici Joannis Quistorpii, S. Theol. D. Pastoris & Prof.  
P. Festo Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi In Universitate Rostochiensi, Anno  
M D C LIX. P.P.**

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735633509>

Druck    Freier  Zugang



72.

PROGRAMMA  
RECTORIS ACADEMICI  
JOANNIS QVISTORPII,  
S. G E O A. D. Pastoris  
& Prof. P.

FESTO  
NATIVITATIS  
DOMINI NOSTRI  
JESU CHRISTI.

IN  
UNIVERSITATE ROSTO-  
GHIENSI.

ANNO cLcLXcLIX.

P. P.



Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

**P**atres, prophetæ & Reges prioris antiqui fæderis, tenerissime  
SERVATORIS, majoribus ipsorum, & sibi metiis promissi, te-  
nebantur desiderio, & spe ferè marcescentes, præstolabatur  
venturum, quem aliquando ad fore certi etiam, nos venisse scimus,  
& impensè gaudemus. Ne què verò injuria animos in eum inten-  
tos habebant, quem è divinis promissionibus cognorant restitutum  
venire, quæcunq; fraude malitiæg; Satanae, & Adami culpà perie-  
rant. Sicut enim qui difficile iter illuni nocte conficiunt, lucis deside-  
rio capiuntur, & ad exoriturum, jamq; magis magisq; appropin-  
quantem solem indentidem respiciunt; ita qui non nesciit conditio-  
nis sua, viam hanc mortalis vita ambulant, solem illum justitiae, qui  
tenebras depulsurus, & umbras plenâ perfectâq; luce illustratur us  
erat, unicè desiderabant. Ceterum mirares. Ille à tot seculis toties  
promissus, tot votis expetitus, ubi præsentem sese exhibuit, à plerisq;  
ignoratur, à reliquis contemnitur, non nisi à paucis, quos sibi reli-  
quias Dominus servaverat, agnoscitur. Nempe jam Synagoga Ju-  
daica animam agebat, eoq; procererat in scitiae & dementiae usq;,  
ut nec optaret nec expectaret SERVATOREM, qui, secundum ora-  
cula prophetarum, iniquitatem aboleret, & perpetuam justitiam  
aduoceret: sperabatur autem, qui validâ manu avitam Regni di-  
gnitatem vindicaret, qui ceterorum potentiam frangeret, & invi-  
cem Romanos servire cogeret. Quùm è converso in pejus indies  
prolapsa res patriæ, & ruinosum imperium, & excussum ferè è ma-  
nibus sceptrum, arguento miseriis esse debuisse, in procinctu sta-  
re illum, qui populo suo nobiliorem libertatem, quam quæ ab homi-  
nibus dari posset, restitucret. Extat in hanc sententiam Oraculum,  
quo de adventu MASCHIAH, veri Regis, nullum est omnino in Ve-  
teri Codice luculentius: Auctorem habens maximum, & in ipso  
vita mortisq; confilio constituum VATEM, JACOBUM; consigna-  
sumq; Genes. XLIX, 10. Quod quidem primò שָׁבֵת תְּזִקְנֵת promiseñem  
& durationem; secundò però שִׁילָה aduentum & manifestationem  
complectitur. Illa est in verbis כִּי־הַדָּרֶךְ לֹא NON RECE-  
BET SCEPTRUM DE JUDA. Ubi non est, quòd vocis יְסָמֵךְ exprimen-  
dāst.

dā significatione nimioperē defatigemur. Enimverò de desertione  
alicujus rei usurpatur in hac quidem personā semper: videre in  
eam rem est locos Deut. XVII, 17. II. Sam. VII, 15. II. Reg. IV, 8, & 10.  
Proverb. IX, 4. it. XXII, 6. estq. ita: recedere ab eo, cui alias adesse  
quid aut poterat, aut debebat. Nam igitur eo ipso, dum non auferen-  
dum dicitur טבש, satis promittitur; Tribui JUDE competiturum,  
in eāq. inveniendum esse. Ceterum quid si illud, quod ab eadem  
Tribu non receffurum ait VATES, adeoq. quid per טבש intellectum  
idem in se velit, maximā hactenus contentione curatum inquisi-  
tumq. fuit. Celeberrima est sententia, per טבש signari principa-  
tum & dignitatem, quam JUDE Tribus præ reliquis habitura sit,  
quam tamen modis non unis exponi legas. Nonnulli enim plane  
Regiam intelligunt, quam in istâ Tribu reperiire sit, usq. dum M. A-  
SCHIAH venerit, hiq. arbitrantur, post etiam captivitatem Babyl.  
qui præ ceteris in ea ipsa eminerent, atq. dominaretur, ex ipsamet  
oriundos fuisse. Quin in ipsâ illâ captivitate durasse Sanhedrin  
in quo supremus, N. טבש dictus, ex tribu semper Juda. ad usq. CHRI-  
STUM, prodierit. Ceterum longè id audacius adserum est, quām  
ut probari fulcirig. commode possit. Enimverò & durante captivi-  
tate Rempubl. Judaicam, quā de hīc omnino sermonem VATI esse  
arbitramnr, recto adhuc stetisset alio; & post eandem vel eminui-  
se Imperatores ex hac sola Tribu, vel caput Syncdry ex eadem  
semper frisse, tūm apodicticē derūm firmabitur, quum locusta pa-  
riet Lucamborem. Sicut enim ante Davidem Mosche Levites, Jo-  
sua Epbraimites, & ex Judicibus unus alterq.; Saul tandem Ben-  
jaminites, imperauit; itaregio Davidis per captivitatem subla-  
to imperio, qui Reges & Rempubl. Judaicam in ipsâ illâ inquirit.  
is verò ab omni parte frustra est. Poterant quidem Iudei eā, de  
qua toties dictum, captivitate, tranquillitate quadam esse suā,  
quam hodiernū aliquibus in locis satis eximians obtinent; sed  
Rempubl. tamen eorundem quicquid hujus fuerit non demonstrat,  
quam profecto extra suam terram nec habuerunt, nec habueri-  
junt unquam. Alii 2. dignitatem & auctoritatem quidem b.l  
ipse.

ipso etiam intelligunt, sed an Monarchica illa, an Aristocratica,  
non attendendum magnoperè putant, volunq; heic non tam certas  
spectari personas, quas penes potestas aliqua fuerit, quam integrā  
potius Tribum IUDÆ, cui planè non sit auferenda Ress. & auctorita-  
tas Judaicæ nominis dominiq; ante, quam M A S C H I A H advenisse  
constiterit. Certum enim esse, licet primitus captiva abducta sint  
decē tribus II. Reg. XVII. licet tandem & ipsum IUDÆ regnū super-  
stes hostibus traditum eversumq; non tñ illas, nisi sparsim inde ali-  
quot, Iudaos vero ex captivitate omnino fuisse reduces, formamq;  
regiminis & Reip. cum honore, roties quamvis violato, ad M A-  
S C H I A H usq; tempora retinuisse. Perrò aliam reperire adhuc sen-  
tentiam est, que per טבש significatum id omnino velit, quod adeo  
recessurum à Tribu IUDA sit nunquam, ut ne momento quidem ab-  
esse ab eadem debuerit, potueritve. Hoc igitur innui, à IUDÆ non  
abituram V I R G A M T R I B U L E M, b. e. non desitur am esse tribum pe-  
cularem, à reliquis non distinctam modò, sed & ratione majorum  
easdem supergressam. Notare enim טבש frequentissimè in sacris  
Tribum, notius esse, quamut probari indigeat; quum ultra cen-  
tum afferri exempla possint, que istam vocabuli significationem  
stabiliant. Ceterum an singula quadrent, quando & LXX. ον-  
τερον verterunt, ubi tribum debuisse reddere (vid. I. Sam. X, 19, 20.  
I. Reg. XI, 32, & 35.) id vero judicio censuræq; aliorum committimq;. Deniq; sunt, qui per טבש b. l. virgam percutientem & affligentem  
signatam velint, quemadmodum ea vox II. Sam. VII, 14. Job. IX, 34.  
XXI, 9. prov. XIII, 24 XII, 15. capiatur. Sed hac inconvenientissima  
huic loco est expositione. IUDÆ enim meritis predicationibus prose-  
quitur senex parens, supra reliquos eum fratres extollit, & non ni-  
si' eti de eodem atq; prospéra prædicat. Qui igitur adserat, adfir-  
mationem à IUDÆ usq; ad adventum M A S C H I A H recessuram esse  
nunquam? quam profecto, super eā Tribum mansisse semper, falsissi-  
mum est, ut que diu admodum magna prosperità usafuerit. Ul-  
teriorius absurditati expositionis ostendenda non immorabimur.  
Sed nec satis tueri sententiam ii possunt, qui per טבש tribum qua-

talem

talem h. l. intelligi autumant, ut vel maximè præ ceteris cō nobis-  
lem, quod ex ejus linea MASCHIAH nasceretur. Neq; enim dun-  
taxat tribus Judaica, sed & reliquæ dignitatem suam tribulē diu-  
tissimè retinuerunt; & cum primis in Regno Israëlitico tribus  
Ephraim mira & excellentissima fuit auctoritas Hos. XIII, 1. vid.  
quoq; Gen. XLIX, 19, 20. Jud. II, 1. XII, 1. ita uti sapienter totum  
ab eā ipsā denominetur. Quin & reliqui Israëlitæ sibi gratulaban-  
tur, utiq; MESSIAH seminis futurum sui, Rom. IX, 3. non obstante  
eo, quod, quæ certam lineam, ex sola JUDÆ tribu proditurus esset.  
Ut ceteras, quibus obnoxia est interpretatio, difficultates præter-  
camus. Nos in arduo negocio medianam ingressuri viam, illud in  
vaticinio proponi, aut per טבש signari dicimus: JUDÆ tribum,  
illam, qua semel ei jam inde à DAVIDIS atq; SALOMONI temporis  
bus (ad ipsa enim potissimum respicitur) collata, in quæ fundata,  
auctoritatem, & dominii Iudaici eminentiam ab omni parte  
non deperditur, usq; dum MASCHIAH venerit. Ipsi sane Judæi,  
qui eruditio & dignitate sunt quadam, tò טבש de potestate atq;  
imperio acceperunt. Pro hac enim sententia triplex est Targum,  
sunt Hebrei veteres Talmudici, est codex Sanhedrin cap. 1. codex  
Horaioth cap. 3. sunt recentiores Kimchi, R. Salomon, Aben Efraim,  
R. Mose ben Nachmā, R. Isaac ben Anan, Chaskuni sive R. Chis-  
chia &c. Est itaq; quasi diceret VATES: quanquam reliqua tribus  
diu ante MESSIAH adventum in servitutem nunquam terminandā  
abducēdæ sint, & regnū ac Resp. eorum penitus evertenda, non tn. à  
tribu JUDA, & altero populo, qui ei adglutinabitur, gentisq; Ju-  
daicæ nomen ab eo recipiet, remotum iri SCEPTRUM, i. e. imperii  
(uti expositum) majestatem. Conferri omnino debet locus Zach.  
X, 11. ubi eadem phrasis יְסֻרָּה טבש visitur; promittiturq; Judæis,  
fore uti per Evangelium Christi conversi, sive inter Assyrios sive  
Ægyptios habitent, ab eorum potestate liberentur, eadem exeat,  
& vera Ecclesia adjungantur. Itaq; ex quo tempore SCEPTRUS  
atq; eminentia semel esse Iudaorum capit, mansisse eorūdē, ad de-  
finitos usq; MASCHIAH dies, dicimus, eis mutatus interdum Reip.  
status

status sit; ac penes optimates modo; pontificesque, modo penes Reges  
Principesque summa fuerit imperii. Nimirum enim ineptire certum  
est, qui in arctum hic desiliant, & nominis hujus honorem haud  
pertinere, nisi ad Reges, autum ent. Enimvero, quicunq; populus  
sua quadam Republ. suisque legibus utitur, is recte gloriari de im-  
perio, deg; Sceptro potest. Sed ne illud quidem nostra interesse arbit-  
ramur, quâ de gente aut tribu fuerint, qui Iudaicas res moderati  
sint rexerintque. Etsi enim per annos benè multos regnum tenue-  
rint Levite Hasmonaei, sicut tamen nihilominus Resp. Judai popu-  
li. Neroni Cesari ab sapientissimo Magistro Seneca dictum, Non  
Remp. Principis, sed Principem esse Reipublicæ. Sed pro-  
grediamur tempus est. Additur in Oraculo קְדוֹשָׁה etiam פֶּרַח  
Qui quis sit, ex locorum Scriptura collatione liquebit. In Num. igit-  
tur XXI, 18. sit mentio putei cuiusdam, quem foderint in deserto  
Principes & ingenui in populo כְּהוֹנָה בָּבֶל cum Legislatore & cum Sci-  
pionibus suis. Ilbi per פֶּרַח MOSCHE, qui una cum Principibus  
& primoribus populi, non amplius è cælo aquas esse expectandas,  
sed effodiendas, terra promissa jam appropinquante, ostenderit,  
intelligitur; unde populi quoque cantus & latitia suborta. In Deut. c.  
XXXIII, 21. MOSCHE pariter dicitur כְּהוֹנָה qui Gadius & Rube-  
nitis, dimidiisque tribui Manasse trans Jordanem, suam ad signar at  
portionem & sorti, vid. Jud V, 14. Quin Deus ipse vocitatur כְּהוֹנָה  
Es. XXXIII, 22. quem in JUDA cum primis legum peritos viros, ea-  
rumque auctoritate circum septos pollentesque, suo excitasse tempore  
David testis est Ps. LX, 9. & CIX, 9. Ephraim robur capitis mei,  
Juda Legislator meus. Ex collatione horum locorum patere pot-  
est, כְּהוֹנָה illum dici, qui legum auctoritatem sanciat, sartam te-  
ctamque conservet, custos sit tabularum, vigorem earundem urgeat,  
iusque tum promulgandis, tum declarandis, tum vero tuendis etiam  
omnem labor em operamque adhibeat. JUDÆ autem tribui id præ-  
requis concessum, quippe in quâ magnum semper extiterit legū tu-  
endarum studium, in ipsa quoque Babyl. non extinctum captivitate,  
si habenda fides est iis, qui utique auxilium auctoritasque in eadem viguisse  
refe-

referunt. Quae de re videri Casaub. poterit Exercit. Baron. I. Num.  
4. p. 14. Ceterum quomodo פָּרָגְלָנִי dicatur non recessurus סְבָנִי  
é medio pedum ejus, non omnium eadem est sententia. Quidam ajunt esse ἀπονέων, honestam orationem, quare obscurior decorè exprimatur; qualiter alii quoq; in locis Scripturam loqui adfolere, manifestissimum sit. Nobis autem insolens semper visa fuit hujuscemodi interpretatio. Et quod minus huic loco quadrat, obstat omnino, quod non ex semine vel pedibus JUDATANTUM, sed etiam ex aliis tribubus, Leviticā potissimum, orti Legislatores & periti fuerint. Sequimur itaq; sententiam eorum, qui indicari autuant, Legislatoribus, Juris aquiq; defensoribus & Professoribus non cariturna hanc Tribum, non defucuros eose in medio pedum ejus, in eā versaturos, semperq; inveniendos, uti Reip. Judaice invigilent, usq; dum veniat SCHILOH. De quo, tanquam altera Oraculi parte, pauci jam subsinē. Oppidò vel intersane ipsos Judæos pauci sunt, qui non per שֵׁילָה (quonodumq; vocabulum interpres, aut undecunq; derives) MASCHIAH intelligant. Paraphasis Onkelosi: Non deficiet faciens dominium de domo Juda, & scriba de filiis filiorum ejus in Seculum, donec veniat MESSIAS, cuius est regnum &c. Jonathanis: Non deficiet Reges & principes de domo Juda, & scribæ docentes legem de semine ejus, usq; ad tempus quo veniet REX MESSIAS. Jerosolymitana: Non deficiet Reges de Domo Juda, neq; Scribe, Doctores legis, de filiis filiorum ejus, usq; ad tempus quo veniet Rex MESSIAS. His paraphrasis, præter Mosen & prophetas, alios antiquitate vel auctoritate majores Scriptores, Judæi non habent. Consentunt dein Bechai, Raschi, Kimchi, Babal Hatturim, Codex Sanhedrin. &c. Quām itaq; ante complura secula imperium omne à JUDA ablatum sit, jam pridem MESSIAM venisse recessse est. Prædicit enim & promittit sanctus Patriarcha, venturum ante SCHILOH, quām auferatur Sceptrum, atq; adeò usq; ad MESSIAM Judæi supersticiem fore Rempublicam. Porro ablatum verè est imperium & eversa Resp. & abolita omnis Judæorum potestas & jurisdictio anno demū. trigesimo sexto, postquam

postquam SCHILOH ieris his relictis, in cœlos jam ad Patrem suū  
adscenderat. Lapsi igitur ab excidio hucusq; sunt anni ferè mille  
& sexcenti; spesq; vel ulla restitutio futura & promissio, omnino  
decollavit. Non ignoramus quidem jactitare Judæos principatum,  
quo in Babylonia vel Bagdad potiantur. Et de רַאשׁ גָּלוּתְךָ sive prin-  
cipe Exulum multa magnifice Benjami Tudeensi in itinerario,  
& Abraham Zacuth in Juchasin, adlata esse. Sed nugæ sunt, &  
aniles fabulae. Nobis quidem longo preciosius tempus est, quam ut  
ludicro joculari, commento refellendo immoremur. Adiritamen  
videlicet inter alios poterit Constantinus I, Empereur p̄fatus in Ben-  
jaminem. Nos verbum amplius addere, non Oraculi, quod tracta-  
mus, dignitas sed ipsa paginarum prohibet angustia. A vobis, verò,  
STUDIOSI JUVENES, quid cùm publica temporum calamitas, tūm  
sacra hujus FESTI solennitas exigat, nec ignoratis, nec, ut nostra  
quidem de vobis spes est, negligetis. Tantò autem majore dili-  
gētiā & lubentiā in iis eritis, quantò magis à nobis probari intelli-  
gitis. Magnum est pietatis mysterium: Deus conspicuus factus est in  
carne. Quod non solum animis vestris sedulò versabitis, & quæ huc  
faciunt Scripturæ oracula, considerabis: verūmetiā publice eo-  
rum interpretibus, cū modestiā, operam dabitis; Deum in cœtu fide-  
liū mēte & voce laudabitis, & eterno Patri pro missō in carnem Fi-  
lio, pro revelatiā veritate, pro cōservatā hactenus apud nos Ecclesiā,  
pro adseritiō pietatis & sapientiā studiis, deputissimā gratias agetis:  
Orabitis porrò, & vota concipietis, uti calamitatibus, quibus tan-  
tum non opprimimur, clementer mederi, & communem Germanicæ  
Reip. navem ē procellosō illo, quo jactari denuō incipit, pela-  
go, in portum deducere velit. Etiam beneficentia & commu-  
nicationis ne obliuiscimini: Talibus enim victimis dele-  
ctatur DEUS Hebr. XIII,16. Quām verò petulantia & intempe-  
rantia vos dedecet, etatemq; vestram debilitat, tām procul utramq;  
habebitis. Tandem in triumphos ac jubila effusi canetis:

Gloria in Altissimis DEO. & in terris pax,  
& hominibus bona voluntas!



referunt. Quae de re videri Casaub. poterit Exem.  
 4. p. 14. Ceterum quomodo סְמִינָה dicatur nō  
 רַגְלָה ē medio pedum ejus, non omnium eadē.  
 Quidam ajunt esse σημεῖον honestam orationis  
 nior decorē exprimitur; qualiter aliis quoq; a  
 loqui ad solere, manifestissimum sit. Nobis autē  
 visa fuit hujusmodi interpretatio. Et quō mā  
 dret, obstat omnino, quod non ex semine vel pedo  
 sed etiam ex aliis tribubus, Leviticā potissimum  
 & periti fuerint. Sequimur itaq; sententiam cō  
 autumant, Legislatoribus, Juris aquiq; defenso  
 ribus non carituram hanc Tribum, non defuturo  
 dum ejus, in eā versatiros, semperq; invenien  
 daice in vigilent, usq; dum veniat SCHILOH. De  
 terā Oraculi parte pauci jam sub finem Oppidō  
 Iudeos pauci sunt, qui non per נָשָׁר (quomodo  
 interpres, aut undecunq; derives) MASCHIAH  
 phrasis Onkelosi: Non deficit faciens dominium  
 & scriba de filiis filiorum ejus in Seculum, donec  
 cuius est regnum &c. Jonathanis: Non deficit  
 pes de domo Iuda, & scribe docentes legem de se  
 tempus quo veniet REX MESSIAS. Jerosolymita  
 Reges de Domo Iuda, neq; Scribae, Doctores legi  
 ejus, usq; ad tempus quo veniet Rex MESSIAS.  
 prater Mosen & prophetas, altos antiquitate vel  
 res Scriptores, Iudei non habent. Consentunt de  
 Kimchi, Bahal Hatturim, Codex Sanhedrin. & co  
 complura secula imperium omne à IUDA ablatum  
 MESSIAM venisse necesse est. prudicit enim &  
 Patriarcha, venturum ante SCHILOH, quām au  
 atq; adeò usq; ad MESSIAM Iudeis superstitionem fe  
 Porro ablatum verè est imperium & eversa Respi  
 Judeorum potestas & jurisdictione anno demūnū




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 0736